



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Absolutio

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645



A PHORISMI
CONFESSARIORVM,
EX DOCTORVM SEN-
tentijs collecti.



B B A S, *vide Benedictio, Ordo,*
Religio, Statutum.

Abbatissa, vide Religio.

Abortus, vide Homicidium.

ABSOLVTIO, *vide Casus*
reseruatus, Contritio, Confessio, Episcopus,
Excommunicatio, Exemptus, Satisfactio.

§.1. Absolutionis verba necessaria sunt, Absoluo te. dicendum tamen, vt est in vsu, **E G O** te absoluo à peccatis tuis. Quin etiam imitandus sapientum mos, qui ita absoluunt post auditam Confessionem, & impositam pœnitentiam: Misereatur tui omnipotens Deus; & dimissis peccatis tuis, perducatur te in vitam æternam, Amen. Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius te absoluo, primùm à sententia Excommunicationis, in quantum possum & indiges: deinde te absoluo à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. Passio Domini

A nostri

nostri Iesu Christi, & merita B. Mariæ, & omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris, & mali patienter sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, & in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen. In breuibus tamen Confessionibus, vt illorum qui sæpe confitentur, satis est dicere solum; Ego te absoluo à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen.

* *Conc. Trid. sess. 14. c. 3.* ait, formam esse. Ego te absoluo. Forma voce exprimenda: verba enim formam expressit Christus: & hic est Ecclesiæ mos. *Sot. d. 4. q. vii. ar. 4. in 4. sentent.* hæreticum putat asserere, mutum posse baptizare. *Suarez. t. 3. d. 2. sect. 4.* certum esse, ait, in quinque Sacramentis Baptismo, Confirmatione, Eucharistia, Extrema Vnctione, Ordine necessaria esse verba, esse etiã in Pœnitentia probabilissimum.

2 Pœnitentem, dum absoluitur, expedit orare, vel attendere.

3 Absoluere potest in mortis articulo seu periculo probabili (quale est præliũ aut periculosam nauigationẽ subituroꝝ) quiuis Sacerdos, etiã si non absit proprius pœnitentis Sacerdos, à quibusuis casibus, & censuris. *Nauar. 2. p. Conf. de pœn. & remiss. Conf. 15. num. 3.*

* *Nau. c. 2. n. 9. c. 26. n. 31. c. 27. nu. 272. Viu. l. 1. infra & n. 64.* Quidam tamẽ distinguũt articulu à periculo. Vide *Sot. d. 18. q. 4. ar. 4. Couarr. c.*

Alma.

Alma. p. 1. §. 11. n. 8. Val. t. 4. D. 7. q. 10. p. 2. Vial. de Absol. n. 60. & de excom. Bull. e. cœnæ. nu. 134.
 Simplicē sacerdotem diuino iure in articulo mortis absoluere alij aiunt, alij negāt *Sot. Val. Vial. l. c. n. 92.* Præsente exposito confessario, Simplicē non posse absoluere, tradit *Val. l. c.*

4 Absoluere potest Episcopus per se vel per alium, sibi de iure, vel de voluntate saltem tacita sui Superioris, subditos ab omnibus casibus, etiam in Bulla Cœnæ contentis, modo sint occulti. *Ex Conc. Trid.* cui tamen Pontif. derogat communiter per *Bul. Cœnæ.*

* *Vide Trid. sess. 24. c. 6. Liceat & c. Vial. de excommu. Bull. cœn. nu. 141. 142. coronam. p. 4. p. 159.*

5 Absoluere potest quiuis Sacerdos à peccatis venialibus, & à mortalibus etiam, à quibus pœnitens aliàs est absolutus.

* *Val. l. c. D. 7. q. 10. p. 2. col. 9. Nau. c. 4. num. 5. Graff. l. 1. c. 17. nu. 6.* de mortalibus alias explicatis negat *Sot.*

6 Absoluere potest Confessor alienum; si rationabiliter credit eius Superiori placere.

* *Nau. c. 9. n. 6.* cōsensus tacitus Superioris scientis & tacentis dat iurisdictionem *Val. l. c.*

7 Potest quis sibi subditum absoluere vbique & à peccatis & ab Excommunicatione.

* *Vic. nu. 151. Tol. l. 3. c. 13. nu. 15.*

8 Absolutio Sacramentalis non potest dari absenti in vlllo prorsus casu: quidquid aliqui in contrarium docuerint. Ita declarauit

A 2 Cle-

Clemens Papa Octauus.

9 Absolui potest ægrotus, qui dixit quãtum potuit commodè, ne fortè, dum expectatur reliquum, moriatur absq; Absolutione. Possè etiam absolui sanum, qui ob linguæ ignorantiam quædam solum explicat, non omnia, probabile est: facit enim talis, quantum potest, integram Confessionem.

* *Vitt. nu. 164. Lopez. p. 1. c. 18. Val. l. c. Sot. l. c. q. 2. art. 5. ver. Difficultates.* etiamsi vnum tantum veniale nutibus explicet.

Possè Nau. *conf. 13. de pœnit. & remiss.*

10 Absolui possè morientem, qui nihil potest confiteri, sed tantum ostendit signa Contritionis, alij aiunt, alij negant, cum quibus ego diu sensi, sed iam placet, vt absoluaatur, saltem sub conditione; etiam amens, qui antea ostendat signa Contritionis, seu doloris de peccatis.

* Aiunt Ant. 3. p. c. de infir. tit. 2. Io. Med. de confess. q. 39. Cord. q. 13. de Indulg. Ang. confess. 4. num. 8. Sylu. ibid. 3. num. 16. Tol. l. 3. c. 8. Suar. t. 3. d. 69. sect. 2. col. 4. Val. t. 4. d. 7. q. 11. p. 1. Vinal. de absol. num. 71. Bellar. l. 2. de pœn. c. 7. in fin. vide c. Qui recedunt c. is qui 26. q. 6. c. ægrotantes de consec. d. 4. Sacerdotale Rom. c. 26. Sanchez de matrimonio t. 1. lib. 2. d. 36. post. 4. concl.

Negant Nau. c. 27. numer. 268. Sot. 18. q. 2. art. 5. Abul. in Matth. cap. 16. q. 43. & 49. Lopez p. 1. c. 18.

■ Ab.

ABSOLVTIO.

6

11 Absolui potest, de quo Confessor dubitat, an ipsum absoluerit: subintelligitur enim cōditio, Si non te absolui.

12 Absolui potest qui proponit abstinere à peccato, etiam si credat se proposito non staturum, sed peccaturum. Item qui ex rationali & iusta causa non vult omittere peccandi occasionem, modò proponat firmiter nō peccare, etiam si aliquoties sit relapsus: quāquam interdum expedit peccatum idem sæpè committentibus differre Absolutionem.

* *Nauar. c. 1. num. 8.*

Item *3* Vide *Nauc. c. 3. num. 13. 17.* De occasio-
nibus multa *Lopez p. 1. c. 58. 59.*

13 Absolui potest qui se dicit dolere de peccatis, & velle abstinere; est enim id Attritio, quæ sufficit cum Sacramento: inducendus est tamen ad dolorem propter Deum offensum.

* *Vide Nauc. c. 1. num. 8.*

14 Absolui potest qui non confitetur, aut negat peccatū, quod Confessor ex alterius Confessione intellexit illum commississe; nō enim magis de isto alteri, quàm ipsi credendum: expedit tamen de alterius consensu illum mendacij coarguere, sed id cautè, & prudenter agendum.

* *Vide Nauc. c. 8. num. 17. Syl. confess. 3. nu. 10.*

15 Absolui potest qui contrariam opinioni Confessoris opinionem sequitur, sed probabilem.

A 3

* *Sot.*

* *Sot. d. 18. l. c. Nau. c. 26. nu. 4.* imò Confessor iubere pœnitenti potest, vt contrariam suæ, probabilem tamen, sententiam sequatur *Ioæ. Med. q. 19. de confess. in fin.*

16 Absolutio pœccatorum data excommunicato bona fide confitenti, nō absoluto autem ab Excommunicatione valida est.

* *Nau. c. 9. n. 4. & inc. fratres de pœni. d. 5. n. 48. Med. de confess. q. 18. Vin. de absol. num. 77.*

17 Absolutus per Bullam, vt fit, ab excommunicatione ad aliquem effectum cum reincidentia, non reincidit, nisi in Foro exteriori, si res est manifesta: alioquin in omnibus potest se gerere vt absolutum; ita enim declarauit Greg. XIII.

18 Absolutio data per Iubilæum, etiam si postea non fiant per illud requisita, valida est, itemque dispensatio: modo abfuerit mala fides.

* *Nau. conf. 19. de pœnit. & remiss.* fallit, si quis fraude vtatur, vt absoluator à reseruatis, nihil de alijs cogitando: inualida enim est cōfessio, quia non integra *Nauar. ibid.*

19 Facultas absoluendi ab omnibus casibus non comprehendit dispensationem à voto, aut irregularitate. An vero qui potest absolvere ab omni censura, possit liberare irregularitate orta ex peccato, non est vlllo modo tenenda sententia quorundam affirmantium; quia in cōtrarium est praxis Romanæ Curie, & om-

& omnis Canonistarum doctrina, quæ optima nititur ratione; potestas enim absoluendi non potest extendi ad irregularitatem, quæ tollitur dispensatione, non absolutione.

20 Absoluere potest à casibus Episcopo reseruatís quiuis Confessor illo mortuo. post mortem enim eius desinunt esse reseruati ab homine.

* Quæ ipse sibi, non quæ iura illi reseruant.
Med. l. c. 10. instruct.

21 A casibus alibi reseruatís potest absoluere, vbi non sunt reseruata, quilibet legitimus Confessor.

* *Corona. l. c. vide Tol. l. 3. c. 13. Graff. l. 1. c. 13. num. 46. 48. Nauar. c. 27. nu. 261.* Parochum ait, qui à reseruatís suo Episcopo absoluere potest, posse absoluere alterius Episcopi subditum à reseruatís eidem, facta sibi illum audiendi facultate.

22 Dans licentiam peregrinandi, hoc ipso censetur dare licentiam, vt possit absolui à casibus reseruatís, saluis tamen peculiaribus reseruandi modis. secus est si detur solum potestas eligendi Confessorem in eadem Diocesi.

* *Palud. 4. d. 17. q. 4. at Nau. in c. placuit de pæn. d. 6. nu. 63.* concedens, datam esse facultatem alieno confitendi, negat datam pro re seruatorum absolutione.

23 Non possunt Episcopi prohibere, quin absoluat

soluat à casibus reseruatis, qui ad id habet priuilegium à Papa.

24 Qui audit habentem casus reseruatos, absoluat eum, non impeditum tamen aliqua Excommunicatione reseruata, audita omnium peccatorum Confessione, à reliquis, dicendo: EGO te absoluo à peccatis, &c. & pro reseruatis mittat eum ad Superiorem, qui auditis illis solis, eum absoluet. Quòd si prius Superiorem adeat, hic poterit absoluerè à reseruatis solis, & deinde mittere ad inferiorem, qui audita omnium etiam reseruatorum Confessione, pœnitentem debet absoluerè ab omnibus. Non desunt autem qui ponunt, vbi Superior absoluit à solis reseruatis, debere pœnitentem sola reliqua confiteri: sed alij Doctores id non probant, quia vni omnia Confessori dicenda sunt peccata. Quòd si pœnitens debet communicare, & non impeditur Excommunicatione aliqua reseruata, vbi est absolutus ab inferiori à nō reseruatis, vt dictum est, licebit communicare, modo se, cum primum ei fuerit commodum, postea Superiori præsentet.

* Absoluendus enim prius ab excommunicatione. *Tol. l. 3. c. 8. num. 3.*

Absoluat. *3 Vide Sot. d. 18. q. 2. art. 5. Caie. v. Confessio cendit. 10. Medi. de confess. q. 12. Tol. l. c. Nau. c. 26. num. 6. & §. cautus, nu. 9. 10. de pœn. dist. 5. Coronam. p. 4. pag. 156.*

Non

Non defunt. } *Naua. c. 9. nu. 7. Gerson. p. 2. f. 186.*
Val. t. 4. d. 7. q. 11. p. 1. col. 13.

Sed alij } *Nau. in c. Fratres de pœn. d. 5. numer. 61.*
 vsus Ecclesiæ est; vt omnia, etiam reseruata,
 explicet pœnitens. *Sot. l. c. col. 16. Nau. §. cautus*
cit. nu. 12. Vict. q. 162. Syl. confessio 1. nu. 20. Med.
q. 12. de confess. Corona q. 4. pag. 157.

Quod si } *Vict. l. c. corona l. c.* si velit communi-
 care. s. ad tollendum scandalum. sed negat
Grass. l. c. 12. nu. 11. vbi non est scandalum.

25 Confitens generaliter de peccatis aliàs cō-
 fessus, & absolutis, potest per partes absolui,
 scilicet nunc de parte peccatorum, quæ dixit,
 postea de alia parte cum dixerit.

* *Vict. num. 166.* & partem vni, partem alteri
 explicare, & partē ommittere, *Corona. p. 4. p. 156.*
 Addit. } Manuum non necessaria impositio,
 qua nascens Ecclesia vsa est, non videtur con-
 temnenda. *Sot. d. 14. q. 1. art. 4.*

Hæreticum, in foro conscientiæ, absolui
 posse per Iubilæum, dicunt quidam, negat *Co-*
uar. in cap. Alma. p. 1. §. 11. num. 14. Azor. lib. 8. cap.
10. q. 12. nisi id exprimat bulla, vide Nau. consil.
15. de sent. excom.

Adoptio, vide Matrimonij impedimenta.

ADV LTERIV M, *vide Diuortium, Lu-*
xuria.

ADulterium non est, vbi alter saltem nō
 A s; cū